

virginēs Sabinās raptāvērunt et ad casās portāvērunt. Frustrā mātrēs lacrimāvērunt, frustrā virōs in arma incitāvērunt. Rōmānī scūta et gladiōs et hastās habēbant; Sabinīs nec scūta nec gladiī nec hastae fuērunt.

RŌMULUS ET SABĪNAE

XIII

RŌMULUS erat Martis filius. Mars erat deus belli et armōrum. Militēs Rōmānī Martem adōrābant et in Martis āris victimās mactābant. Rōmulus igitur militēs et arma vehementer amābat. Urbis Rōmae p̄imus rex erat. Sed virī sōlum urbem habitābant; neque uxōrēs neque sorōrēs habēbant. Itaque Rōmulus tōtum populum convocāvit, et “O cīvēs,” inquit, “nullās fēminās habēmus, sed Sabinī cīvitātem fīnitimam habitant. Sabinī fēminās multās et formōsās habent. Sabinōs igitur cum fēminīs ad lūdōs invītābimus, et virginēs raptābimus.” Rōmānī igitur Sabinōs ad lūdōs magnōs invītāvērunt. Pax erat inter Rōmānōs et Sabinōs. Itaque Sabinī ad lūdōs Rōmānōrum libenter properāvērunt. Nec scūta nec gladiōs nec hastās apportāvērunt. Cum Sabinīs virginēs multae et formōsae properāvērunt. Sabinī lūdōs Rōmānōrum spectāvērunt. In mediī lūdīs Rōmānī magnā vōce subitō clāmāvērunt, et ecce!

XIV

Maestī igitur et īrātī Sabīnī ad terram Sabinam properāvērunt. Per tōtam hiemem ibi manēbant et arma dīligenter parābant. Via est longa inter Rōmam et terram Sabinam. Sed tandem Sabīnī, iam armātī, ante portās urbis Rōmae stābant. “O Rōmānī,” inquiunt, “prō filiābus nostrīs, prō sorōribus nostrīs fortiter pugnābimus.” Deinde Sabinae ē casīs Rōmānōrum passīs capillīs ēvolāvērunt; parvulōs portāvērunt et patribus frātriibusque monstrāvērunt. Patrēs frātrēsque suōs multīs lacrimīs ḫrāvērunt. “Nunc,” inquiunt, “in casīs Rōmānīs laetae et placidae habitāmus; liberōs cārōs habēmus et vehementer amāmus; et Sabinōs et Rōmānōs amāmus. Si Rōmānī cum Sabinīs pugnābunt, Rōmānī Sabinōs, Sabinī Rōmānōs necābunt. Tum Sabinae nec virōs nec patrēs nec frātrēs habēbunt. O patrēs, valēte! nōn iam Sabinae sed Rōmānae semper erimus filiae vestrae.”